

Sapiſſima et preces meas ſeliſſimus ad com-  
 planationem, fruſtra tamen, proſe dolor! anſam  
 dedit, tanto majori admiratione percepi, Genero-  
 ſum Nobilitatem forſitam autem ad ſolius Sub-  
 judicis Generoſi de Korff inſtantiam, qui hacten-  
 nus in quamplurimis ſine ullo Generoſa Nobili-  
 tatis praſcitu et in hoc negotio totam representa-  
 vit Nobilitatem, prout in progreſſu id ſuſius  
 demonſtrabitur, contra perſonam meam, jam  
 antequam ullo modo a me impetite fuiſſet, ex-  
 ceptiones formaſſe, et quidem ex hac ratione,  
 quia ego nomine ſolius Nobilitatis criminaliter  
 citatus ſum, ergo ſeliſſime Ducis negotio  
 coram hac Illuſtriſſima Commiſſione tractare  
 non poſſum. Certe, qui argumentum hoc ad  
 formam reducere vult, nullam aliam Mayo-  
 rum formare poterit, quam hanc: Qui criminaliter  
 citatus, ille Principis negotia tra-  
 ctare non poteſt, atqui conſiliarius Raſſi eſt  
 criminaliter citatus. Ergo, ſed quis non videt,  
 Majorem hanc falſiſſimam eſſe, et nullo mo-  
 do unquam probari poſſe? Cum autem ex  
 Majori particulari ſecundum Logicam nil  
 ſequatur, multo minus ex Majori plane falſa  
 aliquid contra me poterit concludi; quod ex eo  
 clarius fiet, ſi ex eadem Majori, et certe non ia-  
 ſine